





1778, 3
5
640.
SPECIMEN INAUGURALE
DE

LITTERIS INVESTITURAE IMPERIALIBVS
QVATENVS PROBANT CONTRA TER-
TIVM RES IN ILLIS CONTENTAS
POSSIDENTEM

—
QVOD
AVCTORITATE
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
IN
INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVM MOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQVENDI
EXHIBIT
GEORGIVS CHRISTOPHORVS STOER
NORIMBERGENSIS
PERILLVSTRIS REIPVBLICAE PATRIAE
ADVOCATVS.

—
DIE XXV. IVNII ANNO MDCCLXXVIII.

ALTORFII
TYPIS MEYERIANIS.

3011

LITTERIS INVESTITURAE IMPERIALIBVS
QVANTVS PROPRIETATVS CONTRA FER-
ROVVS P. H. S. CONTENTAS
HONORABILIS

MAONICI IRECONI FORM ORDINIS

ENI TYTA ACADEMIA ALPONTINA

IN QVANTVS PROPRIETATVS HONORES
CONSTITVIT

CONSTITVIT PROPRIETATVS HONORES

ALPONTINA

IN QVANTVS PROPRIETATVS HONORES



SACRI ROMANI IMPERII
PERILLVSTRIS AC LIBERAE
REIPVBLICAE
NORIMBERGENSIS
SENATI
SPLENDIDISSIMO
PERILLVSTRIBVS GENEROSISSIMISQVE
DOMINIS
DOMINIS
DVVMVIRIS
TRIVMVIRIS
SEPTENVIRIS
CONSVLIBVS
SENATORIBVS
PATRIAE PATRIBVS
BENIGNISSIMIS
DOMINIS AC MAECENATIBVS
INDVLGENTISSIMIS

OMNEM ADPRECATVS FELICITATEM
ATQVE IN PRIMIS
FAVSTVM ET FORTVNATVM REGIMEN
A C
CONSTANTEM RERVM PVBLICARVM ET PRIVATARVM
FLOREM
HOC QVALE CVMQVE OBSEQVII
SVMMAEQVE OBSERVANTIAE MONIMENTVM
PRO INSIGNI
IN SE SVAMQVE FORTVNAM
GRATIA ATQVE INDVLGENTIA
SACRVM ESSE VVLT

TANTORVM NOMINVM

DEVINCTISSIMVS ET OBSEQVIOSISSIMVS
CIVIS AC CLIENS
AVCTOR.



PRAEFATIO.



Quum de materia disputationis cogitarem iuridicae, inter alia, quam titulus exhibet, se mihi obtulit quaestio. Sumfi eam pro themate, et quasdam super illa collegi obseruationes, quae hisce in lucem prod-eunt pagellis. Quum uero tempus premeret, breuior fui quam forte materia posceret, et ego pro obiecti fertilitate esse potuissem. Spero, Lectores



hunc defectum beneuole mihi condonatu-
ros esse et excusatu-
ros, si eam non inuenient materiae tracta-
tionem, quam me doctiores praestare potuissent.
Meminerint Beneuoli Lectores, illam non experientia
pollentis uiri opus, sed inaugurale specimen esse iu-
uenis, qui absolutis laboribus academicis iam in eo
est, ut continuato studio eam, quae ad altiora ue-
hit, attingat maturitatem.

Dab. Vindobonae d. 26. Maii A. MDCCLXXVIII.



SPECIMEN INAUGURALE
DE
LITTERIS INVESTITURAE IMPERIALIBVS QVA-
TENVS PROBANT CONTRA TERTIVM RES
IN ILLIS CONTENTAS POSSIDENTEM.

§. I.



Si Imperator ui domini directi, quod eius inest maiestati, uasallo feuda concessit imperii, super infeudationis actu in cancellaria imperiali aulica expeditur instrumentum ab Augustissimo propria manu subsignatum, quod *litterarum investiturae imperialium* nomine uenit. Continet haec scriptura ex parte Imperatoris agnitionem personae cuiusdam pro uasallo imperii, nominat res in feudum datas, et promittit protectionem sub lege debitae fidelitatis Caesaream.

§. II.

§. II.

Hocce documentum quum Caesareo nomine detur Vafallis, praecipua exinde apud Augustissimum in eo uasallum agnoscentem illique suam protectionem promittentem, descendit probatio.

§. III.

Vice uersa ex eo probatio etiam fieri potest contra uasallum, qui litteras accipit inuestiturae, easque retinet, et eo ipso subiectionem uasalliticam agnoscit et obligationem, licet haec proprie ex litteris requisitionis uasallorum, quum in feudis imperii reuerfales litterae in usu non sint, probatio desumatur.

§. IV.

Oboritur autem quaestio: *an probatio ex litteris inuestiturae imperialibus desumenda contra tertium quoque bona in litteris inuestiturae nominata possidentem locum inueniat?* Hanc examinare quaestionem hifce paginis animus mihi est.

§. V.

Primo intuitu ea affirmanda esse uidetur, quum litterae inuestiturae imperiales testimonium per Cancellariam aulicam ab Augustissimo datum de rei cuiusdam feodalitia contineant qualitate, et hac ex ratione omni exceptione maiores esse uideantur. Re uero propius inspecta, contraria quaedam sese offerunt argumenta, quorum examen, quum ad quaestionis ducat decisionem, hic subiiiciam.

§. VI.

§. VI.

Si litterae inuestiturae Caesareae contra tertium probare deberent possidentem, necesse foret, ut eorum contenta ante expeditionem ad omnium, quorum interest, notitiam uenirent. Id quod non fit. Perficitur solummodo infeudationis actus inter Curiam feudalem et uasallum imperii. Litterae expediuntur in Cancellaria imperiali aulica ad petitionem uasalli. Tertius de hoc actu uix ullam capit cognitionem, et, si capiat, contenta tamen ignorat instrumenti, pacta inter dominum directum uasallumque conuenta, obiectum uerum in feudum datum.

§. VII.

Fieri itaque potest, ut uasallus, quae non possidet, bona Caesari in feudum offerat, illaque bona a Caesare pro allodialibus offerentis habita, huic in feudum dentur. Curia feudalis subreptionis nescia eo facilius uoluntati conuenienter agere potuit uasalli, quum offerentis supponeret bonam fidem.

§. VIII.

Litterarum inuestiturae recentiorum semper fit expeditio secundum formulam et tenorem priorum. Volunt hoc leges imperii secundum expressam Capitulationis Caesareae ordinationem (*). Res igitur litteris inuestiturae semel inserta feudalis, manet in instrumento, donec uel de mala fide uasalli, uel de defectu tituli, uel de mutatione in feudo constet facta. Hinc euenire potest, ut res non

B

feuda-

feudalis semper litteris inscripta maneat Caesareis, eius licet natura feudali deficiente.

(a) Art. 10 §. 1. ibique MOSER *in den Betrachtungen über die Wahl-Capitulation K. Josephs II.* P. II. pag. 40 seq.

§. IX.

Ne ex eo quidem, quod res ab initio fuerit feudalis, et adhuc in litteris inuestiturae contineatur, simpliciter colligi potest, qualitatem eius adhuc feudalem subsistere, quum saepius eueniant casus naturam rei feudalem mutantes, subsistente eius in litteris inuestiturae nominatione. Accidunt mutationes, quibus non attentis, res olim feudalis, iam uero allodialis, litteris inuestiturae inserta remanet, prout forte mutationes illae ad Cancellariae imperialis aulicae notitiam studio vel negligentia uasalli, uel quocunque alio modo, non ueniunt, adeo ut hodie litteras inuestiturae habeamus feuda continentes, de quorum non amplius constat existentia, et e contrario res sint feudales, quarum nulla in litteris inuestiturae fit mentio.

§. X.

Multa ex pristinis feudis imperii, praecipue minoribus, perdita, oppignerata, alienata, aliisque sunt in proprietatem data. Alia bona olim feudalia superioritatis uis ad se traxit territorialis, iusto saepius, licet non semper edibili, nec qui necessario edatur, titulo (a) quorum in litteris adhuc inuestiturae fit mentio. Hinc subinde res in potestate sunt dominorum territorialium, et ab ipsorum officialibus

cialibus eorum nomine exercentur, quas nobiles imperii uel ipsi adeo Landsassii in feudum tenent^(b).

(a) MOSER *teutsche Lebens-Verfassung* pag. 7. et 25.

(b) STRVBEN *Bedenken* 112. 1. Theil, S. 261.

§. XI.

Dantur litterae inuefiturae, quae cum iam olim essent obscurae, eo magis hodie eandem post tot seculorum lapsum gerunt qualitatem, adeo ut illarum mens ne detegi quidem possit^(a).

(a) MOSER l. c. p. 23. 24.

§. XII.

Multa quoque imperii feuda sunt extincta, ea scilicet, quae antiquis quidem temporibus feuda fuere, recentiori uero aeuo per immemorabile tempus a possessoribus pro feudis nec agnita, nec requisita sunt^(a), uel quae pristini possessores amisere^(b). Omnia illa hodie amplius pro ueris feudis haberi non possunt, licet in litteris inuefiturae adhuc contineantur.

(a) MOSER l. c. p. 26.

(b) *Idem* l. c.

§. XIII.

Hisce praemissis ad quaestionis propositae propius accedam responsonem. Infeudatio, renouatio infeudationis, litterarum in-

uestiturae expeditio sunt actus, qui sunt solummodo inter personas feudales, dominum et uasallum, qui ipsi, aut per suos contractum feudalem inierunt antecessores. (§. 1.) Hinc nonnisi inter illos ius et probationem faciunt directam, uti pacta et conuentiones, pacificentes tantum, uel eorum obligant heredes.

§. XIV.

Inuestitura et huius testimonium, litterae inuestiturae, iustum supponunt *titulum* (a). Defectus ergo tituli, si probari possit et praescriptio non interuenerit, litteris qua talibus omnem detrahit vim. Videtur hoc de illo adeo casu ualere, quando longa litterarum series, unam eandemque rem feudalem absque titulo continet, cum repetita expeditio ab initio irritam rem, reddere non possit ualidam. Vnde casus existunt, in quibus ob defectum iusti tituli infeudatio pro nulla declarata est, et litterae inuestiturae sunt caesae redditae (b).

(a) GEO. LVD. BOEHMER. *princip. Iur. feud.* ed. 2. §. 100.

(b) MOSER *von der teutschen Lebens-Versaffung* pag. 342. huius rei exempla suppeditat. e. gr. in causa *von Imhof* contra *das Stift Augspurg*, inuestiturae, die 22. Iul. 1733. publicabatur resolutio caesarea: *vürd die dem von Imhof ao. 1697. den 12. Aug. ad falsa narrata ertheilte Belebung als vviderrechtlich und sub. et obreptitie erschriben, hiemit cassirt und annullirt.*

§. XV.

§. XV.

Litterae inuestiturae documenta sunt factae inuestiturae ut plurimum non nisi abusuuae, impropriae et symbolicae, non uero factae traditionis et ab infeudato acquisite *possessionis*, quippe quae inuestituram sequi debent, non uero semper sequuntur. Sola mentio rei cuiusdam in litteris inuestiturae neque ius perfectum tribuit neque possessionem (a).

- (a) GAIL. obf. 152. num. 14 sq. STRYCK. Syntagma Iur. feud. cap. 8. §. 9.

§. XVI.

De litteris inuestiturae in genere omnium fere eo redit feudistarum opinio, illas nihil posse contra tertium probare. Afferit hoc, qui hanc materiam ex professo tractauit SIEGEL (a). Adstipulantur BROCKES (b), LEYSER (c), WERNHER (d), MENCHEN (e) aliique.

- (a) In tr. de litteris inuestitur. cap. VI. §. 7. pag. 97. edit. 4. de 1739. ubi ait: „*Communiter traditur, litteras inuestiturarum contra tertium allegari posse; uerum huic assertioni in genere non adstipulamur, sed ante omnia id, de quo in litteris inuestiturarum agitur, inquirendum esse, autumamus.*„ Vbi casum supponit, uasallum in possessione iuris esse regalis in litteris inuestiturae dati, et a tertio similem concessionem principis allegante in possessione turbari. „*Aliud, pergit, ferendum iudicium, si inuestiturarum litterae in persona tertii aliquid dandi uel faciendi obligationis iniiciant mentionem u. c. praestationes subditorum commemorant, tunc contra illum tertium* medium

medium probandi ex tabulis inuestiturarum peti nequit, tertii enim consensus in obligationem inuestiturarum in litteris ipsi adscriptam non apparet, et alteri per alterum non debet iniqua conditio inferri. „ SIEGEL ne quidem contra illum, de quo in litteris sermo est, et qui proprie pro extraneo haberi non potest, ex tabulis admittit probationem, multo magis ergo eadem cessabit contra plane tertium.

- (b) *Diff. de fide recentiorum litterarum inuestiturae antiquis maiore.* Witemb. 1734. th. 12. p. 9. „*Paſſa contrabentes, non tertium, respiciunt. Inde litterae inuestiturae quoad tertium sunt res inter alios actae,*“ et pag. 10. §. 15. „*Iam quaeritur, qualem fidem litterae inuestiturae habeant? His mota cum extraneo lite nulla vis probandi inest. Solent plus simplici vice uasalli cum extraneis litigantes ad litteras inuestiturae prouocare, ac ex iis iura sibi competentia deducere. Inanis est iste conatus. Litterae inuestiturae intuitu contractus feudalis inter dominum et uasallum initii, consciuntur. Res inter alios acta tertio nullum infert praecidium. Inde litterae inuestiturae tertio neque profunt neque nocent.* „
- (c) *Med. ad π. 274. Vol. IV. pag. 1085. 1087.*
- (d) *Obs. for. Part. I. num. 5. pag. 100 seq.*
- (e) *Diff. de probatione pertinentiarum feudaliū §. 33. p. 18.* „*Sola inuestitura (cuius modo probationes sunt litterae inuestiturae) non sufficit, ut res ex allodiali fiat feudalis, propterea, quod specialis desuper requiratur cognitio; et inuestiturae paſſaque feudalia sint stricti iuris.* „

§. XVII.

Contendunt equidem ex antiquioribus quidam iuris feudalis doctoribus, litteras inuestiturae et reuersales, quae simul instrumenta sunt publica, uel in talibus continentur, plene probare tam inter dominum et uasallum, quam contra quoscunque^(a). Ast limitant hanc suam sententiam eoque restringunt, quando de ueritate et probatione rei gestae uel facti quaeratur, secus si agatur de iure et effectu actus gesti. Horum intuitu probationes non nisi inter contrahentes, uel eorum heredes, non uero inter extraneos admittunt.

(a) Fit hoc a MOLINAEO *ad consuet. Parisiens.* tit. I. §. 5. n. 8. 9. GABR. SCHWEDER *diff. de dinumeramentis et reuers. feud.* th. 12. P. I. Disp. Num. XV. p. 773.

§. XVIII.

Quae cum ita sint, quaestio proposita: *an litterae inuestiturae imperiales contra tertium probent possidentem?* eo certius neganda erit, cum ad litteras inuestiturae imperiales praeter argumenta supra allegata etiam haec adplicari possint, quae feudisticae de litteris inuestiturae in genere asserunt.

§. XIX.

Ventilatur iam inter S. R. I. liberam ciuitatem Francofurtensem et L. Barones de Franckenstein in iudicio imperii aulico lis, in qua quaestio illa praecipuum causae criterion constituit. Barones

nes de Franckenstein in litteris inuestiturae Caesareis iam per tria fere secula uariis inuestiuntur rebus, quas ciuitas Francofurtensis possidet. Ad has obtinendas ex litteris inuestiturae contra ciuitatem actionem uindicatoriam instituire, cuius decisionem propter iam peractam actorum inrotulationem proxime insecuturam, et hanc fortasse sententiam nostram confirmaturam esse, probabile est.

Prodiere in hac causa impressa quaedam uberiorem litis conditionem exhibentia. Publicauit 1774. Ciuitas Francofurtensis *eine vollständige Darlegung der Lage des bey E. Höchstpr. Reichs - Hofrath in Sachen des Frey Hrn. von Frankenstein entgegen die freye Reichs-Stadt Franckfurt wegen verschiedener angeblich entzogener so genannten Reichs - Leben - Stücke hangenden Processes.* Haec an. 1775. ex parte DD. de Franckenstein secuta est deductio: *Vertheidigtes Kayserliches Eigenthum oder gegründetes Vorrecht des alt belebten Vasallen vor iedem neuen Besitzer in Ansehung der im Stadt Frankfurtschen Gebiet befindlichen Reichs - Leben etc.* Cui Francofurtenses anno praeterito opposuere: *Kurze Beleuchtung einer sub rubro: vertheidigtes Kayserl. Eigenthum bey dem höchstpreisl. Reichs-Hofrath eingereichten Druckschrift.*



1774. Francofurt. Abth. von Maximilian. Capitel 7

ULB Halle

3


003 331 415



TA-06







Stamm

5
648

1778, 3

SPECIMEN INAUGURALE
DE
LITTERIS INVESTITURAE IMPERIALIBVS
QVATENVS PROBANT CONTRA TER-
TIVM RES IN ILLIS CONTENTAS
POSSIDENTEM



QVOD
AVCTORITATE
MAGNIFICI IVRECONSULTORVM ORDINIS
IN
INCLYTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN VTROQVE IVRE HONORES
CONSEQVENDI

EXHIBIT
GEORGIVS CHRISTOPHORVS STOER
NORIMBERGENSIS
PERILLVSTRIS REIPVBLICAE PATRIAE
ADVOCATVS.



DIE XXV. IVNII ANNO MDCLXXVIII.

ALTORFII
TYPIS MEYERIANIS.

